



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quod modicum tempus, & quomodo erant quæsituri?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

QUESTIO I.

Qua gentium dispersio?

§. 1. **D**Vplex esse potest sententia. Prima, ut *dispersio* facta per regiones gentium, sit Israelitarum dispersio facta per regiones gentium, Syrus habet *מפוזרים* *latereuasha ad regiones*. Hoc modo querela minor videri posset occasio, si negligeret Iudaeos in Palestina habitantes, eos qui in dispersione erant requireret, sic dispersionem vsurpant crebro scriptura. Petrus Epist. 1. cap. i. vers. i. scribit illis qui erant in dispersione Ponti, &c. & Iacob. Epist. 1. cap. i. vers. 1. Altera sententia verior est, & huic loco accommodatior; ut dispersio gentium sint gentes dispersae, & suspicionem inijciant, se opinari Christum rel. & is Iudaeis aditum gentes. Nam quae ex Petro adferuntur huc non faciunt: non enim absolute vocat dispersionem gentium Iudaeos, sed electos aduenas *dispersionu gentium*. Iacobus non dicit duodecim tribus in dispersione gentium, sed: *duodecim tribus, qua sunt in dispersione, salutem*. Hic autem dispersio gentium, sunt gentes dispersae. Sparsae autem & dispersae dicuntur gentes, sane Gen. 10. 4. dicuntur in insula gentium separatae, *מפוזרים* *in hredu aipwelo nonav.* & v. 32. *מפוזרים* *meelle niphredu goym, ab his diuise sunt gentes.* Et c. 11. v. 4. & v. 9. dicuntur spargi super faciem terrae, ubi est in 70. *מפוזרים* *antequam dispergamur, & dispergamur,* gentes ergo Dominus dispersit super terram, Israelitas collegit deinde iterum. Sic Latini sparsas cycladas, sparsas paludes, & terras dicere confluunt, singulatim autem Graeciam, Italiam regiones maritimas, cum insulas appellabant insulas gentium, & dispersiones gentium; Hic vocant *מפוזרים* *in hredu* Graecorum. Syru initio *מפוזרים* *ghammema* popolorum, secundo loco & doctus *מפוזרים* *Gracos* Syru *מפוזרים* *profanos: impios?* Hoc tanquam maximum nefas abominabantur. Et quamuis Christus se iturum ad patrem discrete dixisset, gentium nullam fecisset mentionem, odio tamen veritatis crimen fingunt, & argumentum quaerunt, quo probent non esse Messiam; ille in domo David regnaturus erat, & omnes redurus in virga ferrea; si igitur hic inquit mare transurus est, & sedem regni in Graecia vel Italia positurus, hostis noster, non liberator est. Norant eum a Romanis magni fieri, eorum quosdam sanasse, fidem laudasse. Grauis erat illa accusatio, & in populo gentium ofore efficacissima, a Phariseis itaque haec inducta sunt, ut plebem ab eo abalienaret, quasi ad gentes iturum se minatus esset, nihil moratus seruitutem duram, & afflictiones Israelis. Quamuis autem prophetae praedixissent, adeoque inter doctos constaret Messiam gentium etiam redemptorem fore: nam & Zacharias id & Simeon indicant, nec vllus fere propheta id omittit, non tamen hoc Israel intellexit.

Dispersio gentium, gentes sparsae

Inuidiosam ire ad gentes.

Gentium patrem non putabant fore Messiam.

Hoc tamen veteres Rabini docuerant, ut R. Aha in cap. 41. Gen. [Poterit dici, quod redemptor sit acceptor facierum, sed omnes eum confitentes ore suo, & operibus suis, & corde suo, saluabit & liberabit, sicut dictum est Ieremiae 23. c. *In diebus eius saluabitur Iuda, id est, confitentes eum saluabuntur.* Sicut & ipse apud Isaiam cap. 55. *Conuertimini ad me, & saluabimini omnes fines terra.* Et iterum, *quia mihi societur omne genu: & iurabit omnis lingua, & de illo scriptum est Isai 49. Dedi te in lucem gentium, citat etiam Psal. 67. Confitebuntur tibi populi Deus, &c. & Sophon. 3. Verum ista illi nimio gentium, a quibus seruitio premebantur, odio, in animum non admittebant.]*

poterit an improptie crediderint, seu an vere, proprie an improptie crediderint, vere non crediderint. Deinde alias causas habent principes & Episcopi, quam Pharisei; nam ad Christum venire turbam illi indignabantur, principes & Episcopi a Christo abdicati dolent, nec unquam crediderunt apostatas, voti fragos, adulteros, paderastas esse Christos, ideoque qui incaute illis noui Euangelij praecones audierunt, alij ad Catholicam Ecclesiam redierunt, alij per varios errores in atheismum reciderunt. Quotus enim quisque cum Luthero aut Caluino sentit? non enim Euangelium Christi, sed suas cogitationes fallaces, atque errabundas propoluerunt.

VERSVS 32. & seqq.

Audierunt Pharisei turbam murmurantem de illo hac: & miserunt principes & Pharisei ministros ut apprehenderent eum. Dixit ergo eis Iesus, Adhuc &c.

QUESTIO I.

Quod modicum tempus, & quomodo erant quasiuri?

§. 1. **R**espondet Dominus ad consilia sacerdotum, quia latere ipsi arbirabantur. Nondum aduenisse capiendi tempus, modico tempore cum i. his se conuersaturum, postea fore capiendi potestatem, non enim hostium se arbitrio, sed patris decreto momenta viuendi, mortidique habere constituta. Itaque iridet in sanos conatus eorum, nec mortem suam nominat, quam illi in corde & ore habebant, sed profect onem ad patrem appellat, ut nos etiam doceat mortem non formidare, Syriace est; *מפוזרים* *propriet van conuersium.* Sic Augustinus. Quod modo vultis facere facturi estis, sed non modo: quia modo nolo. Quare modo nolo? Quia adhuc modicum tempus vobiscum sum, implete debetis dispositionem meam, & sic peruenire ad passionem meam.

§. 2. **Q**uæserunt illum postea, sed vario nsu id accipi potest. Quæserunt il um mulieres, vt Chrylustomus, in sepulchro; quæserunt multi per penitentiam post ascensionem, vt Augustinus. Quæserunt post excidium & in ipsa calamitate. Quæserunt vt totam fidem, & doctrinam eius abolerent, vt Rupertus. Quæserunt iturum in caelum vt Theodorus Heraclensis. Quæserunt ipsum impios constat; nam de illis loquitur, qui inuenturi eum non erant, idque eorum miseria deputat. Minatur enim se in caelo fore spectatorem pereuntium. Tum enim cum in mentibus summis versarentur Messiam liberatorem a Deo postulabant, sed frustra, cum iam ante eum contempnissent; nec vera tamen contritione quaesierunt, sed in pessima abalienatione, ferocia, persecutione Christianorum perseverantes magis se a Christo sciunxerunt.

VERSVS 35.

Dixerunt ergo Iudei ad semetipsos, Quo hic iturus est, quia non inuenimus eum? nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes?

VER-